



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hierakosophion

Demetrius <Pepagomenus>

Lvtetiae, 1612

xcvii. Defatigato remedium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12846

loco; eique ut calescat butyrum, cum vriticæ semine præbeto, & refeceris.

Remedium aduersus bilem.

INEVNT E autumno & principio cum captus est, aut diu immoratur perticæ, aut solis ardore incensus, aut præliatus bili laborat. cuius signa sunt: totus tristis est, oculi siccii & compressi videntur, multo aquæ desiderio tenetur, & ipsam multam babit, tremit totus, dispersas atque inæquales habet plumas, easque interdum explicat, interdum etiam contrahit, pedes nigros, & ab vnguisbus usque ad genua frigidos habet. Hoc remedio curabis. Aquam rosaceam infundes, cibum præbebis ex roseo & omphacino oleo cum caprina carne: cum in terra frigida sedere sinet totum diem: nocte sub dio habebis, itaque sanabitur. Cibum calidum omnino ne dederis, sed neque, usque dum perfectè curatus sit, ipsum gestaueris. Bibat vespere aquam, ut bilis calor temperetur frigore potionis.

Defatigato remedium.

EX aucupio & longo volatu fatigatum, cibique fastidio affectum, restitues in pristinum



pristinūm cibi appetitum, si suillā carnem aceto acerrimo perfusam in treis partes diuisam dederis, aut murem largiter edendum præbueris: recreabitur accipiter, & ipse restituetur appetitus.

Ad inflationem.

INFLATVR sæpe accipiter, cum aut ab altero accipitre vulneratur, aut in spinosum locum ingressus spinis fauciatur. Ita curabitur. Eius corpus totum aqua egelida perfundatur, pellis inflata acicula ita leuiter compungatur, ne caro attingatur, & perniciose transmisso humore tumor remittetur. Quod si inflatio permanet, theriacam liquidam magnitudine fabæ vino veteri resolute, perfunde accipitrem, & sanus fiet. Si vel inguen, vel axillæ ab ictu tumeant; aqua rosacea & cera igne lento liqueuntur. adjiciatur symphytum minutatim conlectum: simul omnia subigantur, plagæ imponantur. Sed si gula intumescit, acicula reseretur, vinoque oleo misto calido madefiat, & bene habebit. Ita se affectum ostendit, cum ei subitæ vertigines oboriuntur, ut consistere nequeat,

K